




545





Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 545 8° (LN 793)





Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 545 8° (LN 793)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 545 8° (LN 793)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 545 8° (LN 793)

DABOK

N^o 545.



St. Jørgen



= LN 793

I.

Cum dicimus Euangelium esse prædicationem poenitentiae & Remissionis peccatorum in nomine Christi, Apostolico significato vocem Euangelii accipimus, & nequaquam pro toto ministerio legis & Euangelii, ac si prædicatio poenitentiae pertineret ad legem, & prædicatio remissionis peccatorum ad Euangelium.

2 Immotum enim stat hoc discrimen legis & Euangelii, quod ut lex prædicat peccantibus damnationem: ita Euangelium poenitentibus salutem.

3 Prædicatio ergo poenitentiae, quæ ad salutem ducit, & prædicatio maledictionis, non sunt eiusdem, hoc est, nec legis seorsim, nec Euangelii. Longe enim inter se diuersa sunt ostendere remedium aduersus morbum, & in certum interitum hominem ducere.

4 Cum Dominus dicit: Conuertimini ad me & salui eritis. Item: Nolo mortem peccatoris, conuertimini & uiuite, non est legis concio, quæ hanc damnatoriam sententiam absque misericordia sonat: Maledictus omnis qui non manserit in omnibus, quæ scripta sunt in libro legis: sed ipsissima Euangelii
gelii



absque misericordia sonat : Maledictus omnis qui non manserit in omnibus, quæ scripta sunt in libro legis : sed ipsissima Evangelii vox. Non enim hic auditur tonitruum damnantis legis, sed suavissima compellatio miserentis Dei, qui reuertentibus uitam promittit.

5

Cum his consonat vox Christi: oportet prædicari poenitentiam & remissionem peccatorum in nomine meo. Item: Non uocare iustos, sed peccatores ad poenitentiam. Item Actor. v. Petrus hoc ipsum testatur cum ait: Hunc principem & saluatorem exaltauit Deus dextera sua ad dandam poenitentiam Israeli & remissionem peccatorum.

Qui ergo dicunt legis esse munus prædicare poenitentiam, nec vim legi recte considerant, nec uirtutem mortis & resurrectionis Christi recte perpendunt: ut interim taceam eos magnam iniuriam Christo facere, in cuius solius nomine poenitentia est prædicanda.

6

Sed clamant isto pacto legem tolli & locum dari Antinomis. Vtrumque falsum est. Nam & legem fatemur ea peccata monstrare, ad quorum poenitentiam nos inuitat Euangelium

7

A ii & agnos

n esse prædic
Remissionis
Apostolico
scriptis, &
o legis & Eu
tentur peris
o remissionis
serimen legis
neat peccatis
etiam poenis
e, quæ ad sa
benedictionis,
gis seorsim,
ter se diuers
versus mort
nem ducere.
erimini ad
ortem pec
on est legis
ententiam
dictus om
na scrip
na Euan
gelli

& agnoscimus legem Dei, quam usitate Decalogum appellamus, esse normam vitæ Christianæ unicam.

8 Magna est fanè insulsitas ex eò inferre Legis esse prædicare pœnitentiã, propterea quòd monstret peccatum. Nam Lex dum monstrat peccatum, vulnerat, occidit, damnat, nec unquam sonat hanc vocem: Resipisce & saluus eris: sed potius morte æterna morieris. Euangelium autem dum inuitat ad pœnitentiã, vulneri paratum esse remedium indicat, iuxta illud: Agite pœnitentiã, appropinquat enim Regnum cœlorum.

9 Præterea eius est inuitare ad pœnitentiã, cuius est spem veniæ facere, hoc cum sit solius Euangelii, errant qui legis esse dicunt munus prædicare pœnitentiã.

10 Sed dicunt qui *διὰ λεκτικῶτεροι* esse uolunt. Lex prædicat pœnitentiã per se, Euangelium uero per Accidens. Vtrumque insulse dicitur. Verum si illam dialecticam distinctionem retinere lubet, ita potius dicendum est. Lex est prædicatio pœnitentiæ, at non per se, sed per accidens, hoc est, quatenus deducit nos in cognitionem peccatorum, quorum iubet nos pœnitere Euangelium.

gelium
pœnit
ponit
tionem
F
tentia
pœnit
ni, inq
uerior
mum
legis.
quam
remissi
Perper
est Euan
F
se præ
natio
uitam
tionem
pœnit
Euan
nitent
nem, h
su, sec

gelium. Euangelium autem est prædicatio
pœnitentiæ per se, quia pœnitentibus pro-
ponit Christum & offert gratuitam remis-
sionem peccatorum.

Hoc etiam sine prædicationis pœni- **11**
tentiæ confirmatur. Ideo enim prædicatur
pœnitentiæ, ut gratiæ sit locus. Conuertimini,
inquit, Filii auertentes, & ego sanabo as-
uersiones uestras.

Nemo, ut existimo, negabit Baptis- **12**
mum esse Sacramentum Euangelii & non
legis. Sed ipse Baptismus nihil aliud est,
quàm aspectabilis conciõ pœnitentiæ &
remissionis peccatorum, in nomine Christi.
Perperam igitur faciunt, qui quod propriũ
est Euangelii, legi attribuunt.

Hinc ergo effectum est, quod lex per **13**
se prædicet transgressoribus mortem & dam-
nationem: Euangelium uero pœnitentibus
uitam & salutem, & ab omni reatu absolu-
tionem.

Sed obiicient forte Iudam egisse **14**
pœnitentiã, ad quam non ipsum vocauit
Euangelium, sed lex. Egit quidem ipse pœ-
nitentiã ad desperationem & damnatio-
nem, sed ea non prædicatur in nomine Chri-
sti, sed suggeritur a Diabolo, ut homo reus

A iii pereat.

uilitate Des
nam vita
as ex eo ins
tentiã, prop
Nam Lex
tra, occide,
c vocem: Re
morre æter
m dum inu
paratum esse
Agne pœni
legnum coe
ad pœnitent
hoc cum sit
s esse dicunt
x. legi esse
tiam per se,
Ntrumque
dialecticam
a potius dis
cœnitentiæ,
c est, quaz
peccatos
re Euan
gelium.

pereat. Ad hanc non inuitant nec Prophetæ, nec Apostoli, nec ulli sinceri ministri, imo, ut hæc caueatur, ad Euangelicam inuitant pœnitentiã, quæ in scriptura μετανοια dicitur, & non μεταμέλεια qualis Iudæ fuit.

15 Postquam iam ostensum est Euangelii proprium esse prædicare pœnitentiã, nunc declarandum est quænam sit uera ratio salutaris pœnitentiæ.

16 Vna itaque hæc ratio est veræ pœnitentiæ, ut audita inuitatione ad pœnitentiã, ex animo doleamus admissa peccata, quæ Deum a nobis abalienarunt, & expetamus condonationem peccatorum propter victimam filii Dei, & certam concipiamus fiduciam remissionis peccatorum, iuxta verba symboli: Credo remissionem peccatorum, simul proponentes nos uelle omnem offensam Dei in posterum cauere, deponendo ueterem hominem & induendo nouum.

17 Hanc esse unicam rationem salutaris pœnitentiæ coram Deo, multæ Propheticæ & Apostolicæ conciones & exempla sanctorum ostendunt.

18 Paulus Ephesiorum 4. ita scribit: Vos autem

dem ip
ut depe
tionem
tur secu
nouem
induat
Deum e
Paul
tamus
tentiã
breuis
nitenti
quæ hæ
uiuens.
Ha
ratis pa
contri
Paulus
C
peccatu
ra fit e
Dei, e
peccat
Ha
effectu
catum

dem ipsum audistis & in ipsum estis edocti, ut deponatis secundum pristinam conuersationem ueterem hominem, qui corrumpitur secundum concupiscentias erroris: Renouemini autem spiritu mentis uestrae, & induatis nouum hominem, qui secundum Deum creatus est.

Paulus his uerbis, ut alia testimonia omittamus, satis ostendit veram salutaris poenitentiae rationem esse, quam posui, quae hac breuissima definitione concludi potest. Poenitentia uera est conuersio hominis ad Deum, qua fit nouus homo, iuxta uoluntatem Dei uiuens.

Haec distinctius intelliguntur, enumeratis partibus verae poenitentiae, quae sunt: contritio, fides, & noua obedientia, seu ut Paulus loquitur, mortificatio, & uiuificatio.

Contritio est pavor conscientiae ob peccatum admissum, quae tum demum uera fit ex agnitione peccati & sensu iudicii Dei, quando proponitur uictima Christi peccati expiatrix.

Haec contritio quatuor proprietates seu effectus habet. Primum enim agnoscit peccatum, quod contra normam iustitiae Dei

A. iiii com=

Proprie
nuntiat,
cum in
ra ue-
x qualis
uangelii
m, nunc
rario las
poenitens
tentiam,
ea, quae
petamus
ter uis
nus fidu
ta uerba
arorum,
n offens
endo ues
a.
aris poe
ueriae &
lanctos
e. Vos
autem

Commissum est. Deinde agnoscit iustam iram
Dei & maledictionem ob peccatum. Tertio
serio dolet ob admissum peccatū. Postremo
detestatur & abominatur peccatum.

23 Hæc Euangelica contritio differt a Iudæ
contritione, cui factum non displicuit prop-
ter suam turpitudinem, & propterea quod
erat uiolatio normæ iustitiæ Dei, sed prop-
ter metum pœnæ. Voluit enim proditiōe
suam, cum facta esset, esse infectam, & ideo
dicitur μεταμεληθεῖς, hoc est, sollicitus &
anxius factus propter suū factū, adeo quod
tristitia sit absorptus: Non μετανοηθεῖς,
qua uoce significatur uitæ & consilii muta-
tio in melius.

24 Fides est noticia & assensus promissæ &
expetitæ misericordiæ, & in eandem firma
fiducia, non autem vacillans opinio.

25 Hæc fides habet partes has. Primam, ag-
nitionem mediatoris & intercessoris Iesu
Christi apud Patrem. Secundam, fiduciam
mediatoris agniti, & imputatæ credenti iu-
sticiæ mediatoris. Tertiam, consolationem
conscientiæ aduersus terrores peccati & le-
gis. Quartam, inchoationem nouæ uitæ.

26 Hæc Euangelica fides differt a fide legis.
Fides

Fides et
fio: pro
conditæ
mine pr
missio, d
fides rui
Verum
gratis et
seus & a

Not
fide con
partibu
homine
diligent
ramur,
mus.

Hæc
differt a
impis, i
hæc licet
quidem
ram ho
uersus
Defuit
& Chi
rgale

framiram
m. Tercio
Postremo
m.
Tert a iudæ
leuit prop
terea quod
sed prop
productioni
m, & ideo
sollicitus &
adeo quod
et a d'is
illu mutat
remissa &
ndem firma
no.
primam, ag
elloris leu
m, fiduciam
credenti in
violacionem
eccati & le
uæ uite.
a fide legis.
Fides

Fides enim legalis talis est, qualis promissio: promissio autem legis habet annexam conditionem impletæ legis, quæ cum a nemine præstari potest, fit & irrita legis promissio, donec uentum fuerit ad Christum, & fides ruit quæ legales promissiones respicit. Verum quia fides Euangelica accipit, quod gratis offertur, manet firma, qua credens iustus & acceptus est Deo.

Noua obedientia necessario nexu cum 27 fide coniuncta est. Hæc absoluitur quatuor partibus: Pietate erga Deum, charitate erga homines, sanctimonia & puritate uitæ, & diligentia in officio. Ideo enim fide regeneramur, ut pie, iuste, & temperanter uiuamus.

Hæc obedientia a fide profecta, multum 28 differt ab ea, quæ qualiscunque præstatur ab impiis, iuxta externam legis literam. Nam hæc literalis, ut ita dicam, obedientia fecit quidem, ut Paulus esset irreprehensibilis coram hominibus, cuius tamen cor, priusq; conuersus est ad Christum, mansit impurum. Defuit enim Paulo ante conuersionem fides & Christi spiritus, sine quibus obedientia erga legem placere nequit.

A v

Hæc

29 Hæc pœnitentiæ membra, si in illustri-
bus exemplis conspiciantur, magis & ani-
mos mouebunt, & erunt in promptu tan-
quam veræ pœnitentiæ piætæ quædam ima-
gines, quæ in oculos incurrunt quodammo-
do, & deinde in animum transferuntur.

30 Peccatrix Lucæ vij. audito Euangelio
Christi, quo inuitantur homines ad pœni-
tentiam, lachrymis testatur pauorẽ conscien-
tiæ ob peccatũ & odium peccati: Fidem suo
ad Christum accessu indicat: Nouam vitam
officiosa erga Christum declarat.

31 Latro in cruce voce & confessione pub-
lica suum testatur peccatum. Ex fide Chris-
tum inuocat, atque gratitudinis erga Deum
& charitatis erga proximum testimonia
edit, atque ita mortificatur carne & uiuifica-
tur spiritu.

32 Etsi autem vna est ratio veræ pœniten-
tiæ: tamen eius modi sunt plures. Est enim
pœnitentiã impij & est pœnitentiã pii. Vtra-
que & priuata & publica esse potest.

33 Pœnitentiã impij est conuersio impij ad
Deum, hoc est, cum impius audiens Euange-
lium inuitare homines ad pœnitentiã, se
coram Deo prosternit in vera agnitione pec-
cati,

media
rem erg
in publi
talentor
Pœn
occulta
infirmi
sefiduci
fidue cri
nis & ex
multis F
Ve
test. P
publlee
professio
Veru
duplex:
modus
Pub
est, qu
professi
natorib
tia Nit
eius ex
Hu
sentiu
milla se

mediatur pietatem erga Deum & charitatem erga proximum. Exemplum illustre est in publicano Lucæ 18. & in debitore 10000. talentorum pulcherrima pictura.

Pœnitentia pii est, qua pius deplorat sua 34 occulta peccata, & lapsus alios, qui uel ex infirmitate, uel ignorantia cōtingunt: erigit se fiducia Christi, petens remissionem & assidue crescit in mortificatione veteris hominis & excitatione noui. Hæc pœnitentia in multis Psalmis describitur & precipue in 25.

Utraque priuatim & publice fieri potest 35 test. Priuatim fit cum soli Deo te aperis: publice cum accedit publica pœnitentiæ professio.

Verum de publica sciendum est, quod sit 36 duplex: Vnius, & totius cœtus Ecclesiæ, sed modus diuersus est propter circumstantias.

Publica enim pœnitentia totius cœtus 37 est, quando solennis instituitur pœnitentiæ professio, indicta a magistratu, aut gubernatoribus Ecclesiarum: qualis fuit pœnitentia Niniuitarum, & in nostris Ecclesiis sæpe eius exempla vidimus.

Huius finis est deprecatio iræ Dei & presentium seu impendentium malorum propter admissa scelera. Absoluitur agnitione peccati & iustæ

ra. si in illu
magis & an
n promptu tan
a quedam mas
nt quodammod
nsistentur.
dico Euangeli
muis ad pœni
pauori concien
can: Fidem iuo
Novam vitam
trai.
pofessione pub
Ex fide Chri
nis erga Deum
am testimonia
me & ciuitat
vera pœnitent
ures. Est enim
ntia pii. Utra
potest.
erbo impij ad
mens Euange
nitentiam, se
agnitione pec
cati,

iuſtæ iræ Dei, fiducia Chriſti, meditatione pietatis in poſterum & inuocatione ſobria & ſeria.

39 Publica unius eſt, cum aliquis, poſtquam receptus eſt in album ciuium Eccleſiæ, ita ſuis moribus Eccleſiam offendit, ut ſenatus Eccleſiæ eum excludere de Eccleſiaſtico cœtu cogatur, ſicut accidit Corinthio qui noſ uercam polluerat.

40 Hæc publica pœnitentia eas partes requirit, ex quibus Eccleſia colligere poteſt eum qui offenderat uere reſipiſcere & meditari pœnitentiam ſeriam.

41 Hinc eſt quod ueteres huius pœnitentiæ tres numerarunt partes, contritionem, conſeſſionem & ſatisfactionem.

42 Contritio fuit aſiduus dolor excluſi a cœtu Eccleſiaſtico propter ſuam culpam, qui dolor deprehendebatur ex lachrymis pœnitentis & petentis redire in gratiam cum Eccleſia. Exemplum eſt inceſtuofus Corinthius.

43 Conſeſſio erat publica coram Eccleſia criminis admiſſi agnitio & deteſtatio, non fuit enumeratio ſecretorum ſclerum, ſed tantum eius delicti, cuius arguebatur, expoſitio & deploratio.

Satis

545

ti, meditatione
pccatione sobrii
quis postquam
m Ecclesie, ita
ndit, ut senatus
Ecclesiastico coe
rratio qui no
ta eas partes res
olligere potest eu
cere & meditari
ius poenitentia
tritionem, cons
dolor exclusi a
am culpam, qui
achrymis poenis
ratiam cum Ec
suolus Corine
coram Ecclesia
etefrario, non
sceleram, sed
guebatur, ex
Satis

Satisfactio constabat duabus rebus. 44
Vna, ut reus publice a parochio uerbis castigaretur in aliorum exemplum: quam ob causam graeci hanc tertiam partem poenitentiae publicae uocarunt ἐπιτιμιον, quem admodum ex Basilio apparet. Altera, ut reus sua uoce & lachrymis peteret ueniam supplex ab Ecclesia, quam offenderat: quo facto satisfiebat Ecclesiae, adeo quod Ecclesia lapsum fratrem in gratiam reciperet, ac eum postea omni officio prosequeretur oblita offensae. Atque hac de causa latini hanc partem uocarunt satisfactionem.

Hae bono consilio instituta erant & 45
conseruabant politiam Ecclesiasticam sancta disciplina, quae iam maxima ex parte non sine magno detrimento Ecclesiae Christi collapsa est.

Hoc cum non animaduertent posterior 46
res, hanc poenitentiam publicam fecerunt uniuersalem, non discernentes inter eam poenitentiam, quae Deo fit, & eam quae fit Ecclesiae propter lapsum aliquem, quo ipsa offensa erat.

Hinc factum est, quod Papistae dicant 47
tres esse poenitentiae salutaris, quae fit coram Deo, partes; Contritionem, confessionem
& satis

& satisfactionem, neque ullam aliam pœnitentiam agnoscunt.

48 Contritionem requirebant sufficientem, cum nulla possit esse sufficiens: & hanc fingebant remissionem peccatorum mereri: quod sane in filium Dei summe contumeliosum est.

49 Confessionem vocabant enumerationem peccatorum coram sacerdote, & hanc necessariam ad absolutionem docebant, cum tamen nusquam extet præceptum diuinum de enumeratione singulorum, & enumeratio omnium sit impossibilis, sicut scriptum est: delicta quis intelligit.

50 Satisfactionem uocabant opus indebitum non mandatum a Deo, quo fingebant compensari pœnas æternas seu purgatorii. Hoc figmentum unico hoc dicto satis refellitur: Frustra colunt me mandatis hominũ, ut interim taceam nullum errorem in Ecclesia fuisse magis contumeliosum in Christum, vnde tam immensum errorum Chaos emerfit. Hinc Regnum Antichristi stabilitum est, hinc missæ, hinc indulgentiæ, hinc pingues culinæ monachorum & sacrificulorum.

51 Cum huiusmodi sit doctrina Antichristi, hoc

545
hinc missæ, hinc indulgentiæ, hinc pingues
culinæ monachorum & sacrificulorum.

Cum huiusmodi sit doctrina Antichri- 52
sti, hoc est, Papæ & Papistarum, decet om-
nes pios eam detestari, & gratias Deo age-
re, quod lucem suam accenderit, ad quam
istæ Diabolicæ tenebræ euanescent.

Non minus Catharorum impium dog- 53
ma est detestandū, qui negarunt post Bap-
tisma lapsis in manifesta scelera remitti pec-
cata: qui error manifeste pugnat cum
promissionibus Euangelii & exemplis il-
lustribus. Nam & Petrus post tristem lap-
sum receptus est a Christo: & incestus apud
Corinthios pœnitens recipitur a Paulo, &
multa alia in scripturis exempla extant.

Hoc tamen summo studio cauendum est, 53
ne uel perseueremus in delictis contra cōsci-
entiam, uel simus securi, quasi parum esset De-
um peccatis nostris offendere. Nam ut ex-
tant multa exempla misericordiæ Dei in pec-
catores, qui sunt recepti in gratiam, ut Adam
Manassis, Dauid, Petri, incesti &c. Ita eti-
am horrenda exempla iudicii Dei in pecca-
tores, qui non sunt reuersi per pœnitentiã (ut
sunt Cain, Esau, Saul, Iudas, & innumeri alii)
admone

admonebunt nos timoris Dei, in cuius con-
spectu nos ambulare cogitandum est.

54 Omnium igitur tutissimum consilium
est illud Prophetæ: indicabo tibi o homo
quid sit bonum & quid requirat Iehouah
abs te: utique facere iudicium & di-
ligere misericordiam, & humi-
liare te ad ambulans-
dum cum Deo
tuo.

QVÆSTIO.

Num Ieiunium quadragesimale, ut à
Papa indictum est, sit opus Adiaphorum
nec ne.

FINIS.



545

cuius con-
est.
consilium
bi o homo
e lehouah
m & di-
umis

elimal, ut
diaphorum

